

potuerunt michi) pualere ut me traherēt in ofensū peccā
q̄ dñs p̄tectio mea ē. **S**ed cū palā nocē nō possent/
mī sūt occulte nocere. vñ **S**upra dorsū meū fabricaue
runt peccōres) insidias. i. ex ea pte insidias fabricarūt ex
qua velut a dorso positi facile videri nō possent (a longo
tempore continuauerunt iniquitatem suam)

Sed hec p̄secutio non durabit qm̄. **D**ominus iustus
ad humilitatem reducet colla superborum et ceruicoso
rum peccatorum/ confundantur) de iniquitate sua quod
erit cum viderint se damnari (et conuertantur retrorsū)
id est inefficaces et impotentes appareant (om̄es qui ex
odio sanctam ecclesiam persecuti sunt).

Fiant) aridi et sicci ab omni humore gr̄tie et sine fru
ctu bonorum op̄rum (sicut fenum tectozum/ quod q̄ cito
cepit crescere tam cito arefcit)

De quo) feno. i. de q̄b) malis (nō implebit manū suā)
aliquo bono ope ad offerendū deo āgelus (qui) in fine
mūdi (metet). i. sepabit bonos a malis (et smū suū) non
implebit inde āgelus. i. aliq̄ bonā op̄acōne q̄ sit remu
neracōne digna q̄ nullus in talib) fructus op̄erietur q̄
manu vel smū ab āgelis portetur (qui) sc̄i angelus (ma
nipulos). i. iustos (colliget) siue ogregabit.

Quia sup̄bis inaniter op̄antib) nulla b̄ndictio dāda ē
ideo illis malis. **N**ō dixerūt) sancti (q̄ p̄teribāt) nos
ad celestia (b̄ndictō dñi sup̄ vos) nec etiā dixerūt (b̄ne
diximus vobis) ex pte nr̄a (in nomine dñi) quos noue
rant in futuro iudicio iudicandos.

Psalmus. Cxxix. in quo monet ad penitētiā.
Propheta in persona penitentis/ o

Adomine ad quē ē recursus verus (clamaui
ad te) corde feruēti (de profundis)
miseriarū culpe et pene in q̄b; oppressus iaceo q̄dū hic
vivo (domine) ad quem solū recurro quia solus potes
liberare clamantes (exaudi vocem meam)

Exaudi dico imo p̄cor q̄ **M**isericoꝝ dia et clementia
que aures tue) dicūt (intendāt in vocē de p̄catōis mee)
ut relaxet p̄cā mea. **P**eto ut p̄cā dimittas q̄. **S**i
iniquitates) .i. p̄cā q̄ aut cogitacōe aut f̄mōe aut certo
ope dimittimus (obfauaueris) ut scdm̄ eas iudicare velis
(dñe quis sustinebit) te iudicē. certe nullus.

Sed hec ē vna spes mea. **Q**uia apud te p̄piciacō est)
qm̄ benignus et misericors es et p̄stabilis sup maliciā (et
p̄pter legē tuā) q̄ p̄mittit penitētib; misericōdiam (sustinuit)
patienter (te) flagellatē et p̄m̄ia differentē expectās misē
ricōꝝ diam liberantē et iusticiā retribuentē.

Propheta ouersus ad auditores enā ait / utiq̄.

Sustinuit aīa mea) os denter (in v̄bo eius) quo pro
mittit et reddit sustinētib; adiutoriū / imo enā post v̄m̄iaz
regnū qd̄ verbū dei q̄ nūq̄ fallit semp̄ q̄ verū est secure
(sperauit anima mea in domino)

Sic anima mea sperauit et **I**srahel) scilicet vir iustus
(speret in dño et hoc a puericia usq̄ ad mortē) aliter enī
nō p̄dest sperare in dño nisi sperauerit usq̄ ad finem.

Merito sperandū ē in dño. **Q**uia apud dñm misericōdia)
cum p̄ nobis homo fieri dignatus est (et copiosa apud
eū redēptio) cum non auro et argento sed precioso san
guine suo nos redemit qui sufficiens est ad mille mun
dorum redemptionem. **E**t ip̄e) filius dei qui solus si
ne peccato est et non alius potest redimere.

Unde ipse qui potens est misericors et copiosus (redimet
israhel) populum fidelem (ex omnibus iniquitatibus eius)

Psalms. Cxxx. in quo monet ad humilitatem.
Propheta docens quam humilitatem debet habere vir iustus ait.

Domine non est exaltatum

in iustis (cor meum) ut in iustis viribus confidens de me quasi ex
me aliquid sublime sentiam (nec elati sunt oculi mei) exteri
ut aliquod signum ostenderem superbie.

Nec ambulavi in magnis (immo desexi omnia que apud ho-
mines seculi magna videntur) non divitiarum cupiditas non
honoris ambitio in me fuit (nec aliquid supra virtutem meam
et statum meum attreptaui unde mirabilis et gloriosus ho-
minibus apparerem). **S**ed humiliter sentiebam de me
ipso (si exaltaui meipsum) per superbiam iactando vel gloriando
(ita fiat de me punicio) sicut sequitur.

Ita peream ego **S**icut perit puulus incubens super ma-
trem suam indigens fovei sinu matris et ablactetur. i.
sepetur a lacte matris. **S**peret populus fidelis et humilis
in domino semper sine fine quousque ad eternitatem veniat.

Psalms. Cxxxi. in quo monet ut
nos et alios edificemus domum deo.

Vir perfectus cupiens edificari domum domino in persona omni-
um iustorum ait / **O** domine pater.

Memento David spiritualis. i. christi qui de se-
mine david secundum
carnem descendit / eius dignitatem et merita respiciens